Illustra fa[ciem tuam super] servum tuum: salvum me fac
[in] misericordia tua [domine non] confundar quoniam invocavi te.
[Eru]bescant i[mpii et] deducantur in infernum: muta fi[ant]
[lab]ia dolosa. [Que loq]uuntur adversus iustum iniquitatem
[in su]perbia et in [ab]usione. Quam magna multitudo du[lcedi]
nis tue domine: quam abscondisti timentibus te. Perfe[cisti]
eis qui sperant in te: in conspectu filiorum hominum.
[Abs]condes eos in abscondito faciei tue: a conturbatione
[ho]minum. Proteges eos in tabernaculo tuo: a contra
[dic]tione linguarum. Benedictus dominus quoniam mirificavit
[mi]sericordiam suam michi: in civitate munita. Ego autem
[dix]i in excessu mentis mee: proiectus sum a facie oculorum
[tuo]rum. Ideo exaudisti vocem orationis mee: dum clamarem
[ad] te. Diligite dominum omnes sancti eius: quoniam veritatem requiret
[domin]us: et retribuet habundanter facientibus superbiam.
[Vir]iliter agite et confortetur cor vestrum: omnes qui speratis
[in domino.] Beati quorum remisse [...] in domino.
[...] sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata.
[Beat]us vir cui non imputavit dominus peccatum: nec est
[in spiritu] eius dolus. Quoniam tacui inveteraverunt ossa mea:
[dum] clamarem tota die. [Quoniam] die ac nocte gravata est
[super] me manus tua: conversus sum in erumpna
[mea dum] configitur spina. Delictum meum cognitum tibi

Et accepit me: [et] assumpsit m[e]
Eripuit me [de] inimicis mei[s]
qui oderunt me quoniam confor[tati sunt]
super me. [Prevenerunt me] in die afflictionis [mee: et factus est domi]
nus protector meus. Et eduxit me in la[titudinem: salvum me fecit]
quoniam voluit me. Et retribuet [michi dominus secundum iustitiam]
meam: et secundum puritatem man[uum mearum retribuet mi]
chi. Quia custodivi vias domini: [nec impie gessi a deo]
meo. Quoniam omnia iudicia eius in [conspectu meo: et iusti]
cias eius non reppuli a me. Et e[ro immaculatus cum eo]
et observabo me ab iniquitate [mea. Et retribuet mi]
chi dominus secundum iustitiam meam: [et secundum puritatem manu]
um mearum in conspectu ocu[lorum eius. Cum sancto sanctus]
eris: et cum viro innocente [innocens eris. Et cum]
electo electus eris: et cum perve[rso perverteris. Quoniam tu]
populum humilem salvum facies: [et oculos superborum hu]
miliabis. Quoniam tu illuminas [lucernam meam domine:]
deus meus illumina tenebras [meas. Quoniam in te eri]
piar a temptatione: et in deo m[eo transgrediar mu]
rum. Deus meus impollut[a via eius...]
[...]
deus preter dominum: aut [quis deus preter deum nostrum. Deus qui pre]
cinxit me virtu[te...]

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie I, reg. 322, lower pastedown – Psalter
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-jawv/10196/75132)